WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 128v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



aut acuta, siue abstersiua inuenitur. Et asperam
dici, que vehementer illum qui ea abluitur mundificat.
Rasis autem avicennam xxiij continentis ad eandem
inquit sententiam Asperam, aut que intense sit
caliditatis, eandemque sitim inferre et inflammare.
Aut que intense frigida est. Ipsam quidem talem
mictum prohibere. et alvum stringere, magisque
atque magis hoc facere. dum cum hoc saxosa fuerit.

finis tractatus primi

Tractatus secundus. de aquis suauibus Capitulum primum de nocumentis frigidi

De aqua dicturus frigida, primum necesse
est. frigidi apportare nocumenta,
quibus cognitis, quisque eam que sese
offendit, frigidam poterit vitare aquam
Membris etenim pauco sistentibus sanguine,
vt sunt cerebrum, ossa et dentes. et ortis a
cerebro, omnibus puta neruis et spinali medulle,
frigidum dixit hyppocrates quinta particula
aforismorum inimicum esse. Immo si vltimatur
addit galienus, non inimicum sed inimicissimum
Quoniam a cerebro, quod est animalium minera
virtutum, sensus et motus deriuant Talium